& nuptiæ: ſed lex nũciat & ꝓphete. Quod ſi cõtentioſe in Moyſe nuptias: in Helya virginitatẽ
dixerint demõſtrari: breuiter audiant Moyſen mortuũ & ſepultũ: Helyã igneo curru raptũ: an
te imortalẽ eſſe cœpiſſe: q̃ mortuũ. Sed nec ſecũda cõſcriptio tabularũ abſq; ieiunio potuit im-
petrari: Quod ebrietas perdiderat: inedia repperit. Ex quo oſtendit̃ poſſe nos per ieiuniũ redi
Exo.17. re in paradyſum: vnde per ſaturitatẽ fueramus eiecti. In exodo aduerſus Amelech orõne Moy-
Ioſ.10 ſi: & totius populi vſq; ad veſperã ieiunio dimicatũ eſt. Ieſus filius Naue ſtationẽ impetrauit ſo
1.Rꝫ.14. li & lunæ: & inediam pluſq̃ vnius diei victoris exercitus ꝓtelauit. Saul ſicut in regnoꝝ primo li
bro ſcribit̃: Maledictus inquit qui ederit panem vſq; ad veſperã: donec vlciſcar me de inimicis
meis. Et nõ guſtauit omnis ppl'us eius: & tota terra prandebat. Tantaq; fuit auctoritas ſtatiõis
ſemel dño deſtinatæ: vt Ionathã qui cauſa victoriæ extiterat: depræhẽderet ſors: & ignorantiæ
5.Rꝫ.19. crimen declinare nõ poſſet: patriſq; in ſe cõcitaret manũ: & vix ppl'i precibus ſaluaret̃. Helyas
quadraginta dierũ ieiunio præparatus: deum vidit in mõte Oreb: audiuitq; ab eo: Quid tu hic
Helya? Multo familiarior iſta vox: q̃ illa in Geneſi: Adam vbi es? Illa enĩ paſtum terrebat & per
1.Rꝫ.7. ditũ: hæc ieiunanti famulo blandiebat̃. Congregatũ Samuel ppl'm in Maſphat: indicto ieiunio
Eçe.37. roborauit: & fecit hoſtibus fortiorẽ. Aſſyrioꝝ impetũ: & potentiã Sẽnacherib: Eçechiæ regis la
Ione.2. chrymæ ſaccus & humiliatio victus fregit: ꝓſtrauit & vicit: Et econtrario ciuitas Niniue immi
nentem iram dñi: ieiunioꝝ miſeratõe detorſit: quã & Sodoma placaſſet & Gomorra: ſi voluiſ-
4.Rꝫ.16. ſet agere pœnitentiã: & lachrymas pœnitẽtiæ patrocinãte cõciliare ieiunio Achab rex impijſſi
mus: vt ſñiam dei ſubterfugeret: & euerſio domus eius differret̃ in poſteros: ieiunio impetrauit
1.Rꝫ.1. & ſacco. Anna vxor Helchane inanem cibo ventrẽ filio meruit implere. Periclitant̃ in babylo-
Dañ.1. ne magi omnis coniector & ariolus & aruſpex cedit̃. Daniel & tres pueri reuelationẽ merent̃
ieiunio: & paſti legumĩbus pulchriores ſunt & prudẽtiores his qui de menſa regis carnibus ve
ſcebant̃. Deinde ſcriptũ eſt: ꝙ Daniel tribus hebdomadis ieiunauerit: panẽ ſuauẽ non comede-
rit: caro & vinũ nõ intrauerit os eius: oleo vnctus nõ ſit: Et venerit ad eum angelus: dicens: Da
niel homo miſerabilis es. Qui deo miſerabilis apparuerat poſt ieiuniũ: leonibus in lacu fuerat
horribilis: Quã pulchra res quæ placat deũ: leones mitigat: dæmones terret: Mittit̃ ad eũ (licet
hoc in hebraicis volumĩbus nõ inuenerimus) Abacuc meſſoꝝ prandiũ portans: Talem enĩ di-
ſcophoꝝ inedia meruerat hebdomadis. Dauid periclitãte filio poſt adulteriũ ἐξομολογέσιν in
p̃s.101 cinere & ieiunio facit: dicens. Quia cinerẽ tanq̃ panem mãducabã: & potũ meũ cum fletu miſce
p̃s.108. bam: Et infirmata ſunt in ieiunio genua mea: & certe iam audierat a Nathan. Dñs abſtulit a te
2.Rꝫ.12. hoc peccatũ. Sampſon & Samuel vinũ & ſicerã nõ bibũt: Erant enĩ filij repromiſſionis: & per
Leuit.10 abſtinentiã ieiuniũq; cõcepti. Aaron & cæteri ſacerdotes ingreſſuri templũ: omne qđ põt ine-
briare nõ potant: ne moriant̃. Ex quo intelligimus mori eos: qui in eccleſia non ſobrij miniſtra
rint. Quãobrẽ exprobrat̃ iſraeli: potũ dabatis Naçareis meis vinũ. Ionadab filius Rechab præ
Hier.35. cepit filijs ſuis vt nõ biberent vinũ vſq; in æternũ: Quibus cum offerret Hieremias vt biberent
& illi bibere noluiſſent: loquit̃ dñs per ꝓphetã: Quia obediſtis præcepto Ionadab patris vr̃i: nõ
deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab: ſtans ĩ cõſpectu meo cũctis diebus. CAPI. XLI.

1.Rꝫ.1 IN foribus euãgelij Anna filia Phanuelis vniuira inducit̃: ſemperq; ieiunãs: Et dominũ B
Mat.3. virginẽ longa caſtitas longaq; ieiunia ſuſcepere. Præcurſor eius & præco locuſtis alit̃
& ſiluestri melle nõ carnibus: habitatioq; deſerti & in cunabula monachoꝝ talibus in
Vbi ſup̃ choant̃ alimẽtis. Sed & ip̃e dñs baptiſma ſuũ. xl. dierum ieiunio dedicauit: & acriora dæmonia
Act.10 docuit nõ niſi oratõe & ieiunijs poſſe ſuperari. Cornelius centurio vt ſpiritũſanctũ acciperet an
2.Cor.11 teq̃ baptiſma: elemoſynis meruit crebriſq; ieiunijs. Paulus apl's poſt famem & ſitim & cæteros
labores ſuos & pericula latronum: naufragij: ſolitudinis: crebra ieiunia enumerat: Et diſcipulo
1.Thi.5. Timotheo dolenti ſtomachũ: & infirmitates plurimas ſuſtinẽti ſuadet vini modicã potionem:
Iam noli inquit aquã bibere. Cui autem dicit: iam noli aquã bibere: oſtendit eum aquã ante po
taſſe: Quod nõ cõcederet: niſi crebræ infirmitates & dolor ſtomachi poſtulaſſent. Reprobat q
dem apl'us eos: qui ꝓhibebant nuptias: & iubebant cibis abſtinere quos deus creauit ad vtendũ
cum gratiarũ actione: ſed Martionẽ deſignat & Tatianũ & cæteros hæreticos: qui abſtinentiã
indicant perpetuã: ad deſtruẽda & contẽnenda & abominanda opera creatoris: nos aũt & crea
turam omnẽ laudamus dei: & maciem ſaginæ: abſtinentiã luxuriæ: ieiunia præferimus ſaturi-
tati. Vir quippe in laboribus laborat ſibi: & vim facit in interitũ ſuũ: Et a diebus Ioãnis baptiſtæ
ieiunatoris & virginis regnũ cœloꝝ vim patit̃: & violenti diripiũt illud. Timemus enim ne ab
aduentu æterni iudicis: ſicut in diebus diluuij: & euerſionis Sodomæ & Gomorræ deprehẽda-
mur manducantes & bibentes: & nubentes: & nuptui tradentes. Nam & diluuiũ & ignis de cœ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-604/0070
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt